



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118472

§. 89. Fontarabia ab Hispanis expugnata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66495)

imperabat, nuncium accepit, quod Hispanorum ferme triginta millia prope Luesium convenirent, quapropter totus in eo erat, ut Fontarabiam comiteatu instrueret, firmo constituens animo, quod se Bajonnæ cum quibusdam illius Regionis Nobilibus includere vellet.

§. LXXXIX.

Fontarabia ab Hispanis expugnata.

Jam anno priori Chabannius Marescallus Frangetum magni nominis Bellicem Fontarabiæ reliquerat, ut urbis hujus Præfecturam ageret, interea vero Hispani die decima sexta Septembris Bajonnæ arcte cingebant, urbisque mœnia tanta tormentorum vi quatiebant, ut die decima octava ejusdem mensis ingens muri hiatus pateret. Fulciebat admodum opportune Hispanorum exercitum classis, quæ, cum urbs e regione maris minus firma esset, totam quaquaversus Provinciam ingenti terrore affecit; tanta tamen solertia Lautrecus singulis providerat, ut assultu validissimo frustra tentato Hispani obsidionem solvere compellerentur, unde cum ingenti suorum, qui in fossis jacebant, dispendio Fontarabiam cingere aggrediebantur, quam urbem Frangetus per summam ignaviam post

Sæcul. XVI.
A.C. 1523.

Mem. du
Bellai l. 2.
Mezerai ab-
regé chron.
to 4. p. 287.

Mem. du
Bellai l. 2.
Mezerai ab-
regé chron.
to 4. p. 287.

Sæcul. XVI. unum alterumve obsidionis diem hosti
 A. C. 1523 tradidit, haud graviore mulctatus
 pæna, quam quod in urbe Lugdunensi
 erecto ferali pegmate publice Nobilitatis
 honoribus spoliaretur, perinde (inquit
 Mezerajus) ac si ignavia potius infamiae,
 quam mortis supplicio digna foret.

§. XC.

*Fürstenbergius Bellidux in Burgundia
 a Guisæ Comite cæsus.*

*Mem. du
 Bellai l. 2.*

Minus prospera forte Hispani in Campania, ac Burgundia decertabant. Nam Mottæus de Noyers Borbonii Connestabilis Bellidux in Germania obviam procedebat Fürstenbergio Comiti, qui septem aut octo Germanorum peditum millia per superiorem Burgundiæ Ducatum duxit, ac primo in Campaniam excurrens Coiffyam, & Monteclarum exiguas urbes cepit, quarum præsidarii nonnisi ignava manu hostium impetus repellebant: Guisæ tamen Comes, qui in Trimollii locum Burgundiæ præerat, ubi harum urbium jacturam compererat, ac Fürstenbergium equitatu destitutum noverat, confestim cum Provinciæ Nobilibus, ac octingentis vel circiter nongentis cataphractis accurrit, collectamque Nobilitatem urbibus im-